



**R.P. Petri Leurenii Societatis Jesu, SS. Theologiæ
Doctoris, & SS. Canonum Professoris Vicarius Episcopalis,
Sive Tractatus Quaternarius Per Quæstiones & Responsa
Canonica Deductus**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1708

645. Quænam complectatur potestas Archidiaconi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74203](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74203)

casu dubium sit, num intret dispositio illa Tridentini, ex quo illud non tollit consuetudinem contrariam de jure communii permissionem, metitudo non obstat Archidiacono pendente judicio manutentio dictum decretum, quin interim debeat in sua possessione manuteneri. Ac denique n. 10. & seq. dicit, similiter non obstat, quod Archidiaconus resistat jus, quo casu nouiatur manutentio inferiori sive titulo. Tum quia licet jus astitat Capitulo, non tamen resistat Archidiaconi, ex quo potest etiam dicta administratio spectare ex consuetudine ad inferiores, tum quia datur etiam manutentio inferiori, quando ipsius possessio est diuturna, prout est in praesente casu. Ac denique apud eundem Postulum, 13. Rota in dicta Vicentina dicat, non obstat, quod non constet de possessione moderni Archidiaconi; quia sufficit, quod constet de possessione antecessorum ejus in illa dignitate; siquidem haec etiam juvat successorem; cum dicatur possidere ipsa dignitas, ut Felin. in c. constitutus. n. 14. de rescript. & Rota decis. 1. de restit. spoli. in novis. Verum de his plura alibi, ubi quis actu electionis Vicarii Capitularis praesidere debeat.

Questio 645. Quenam complectatur potestas Archidiaconi.

1. Resp. in genere, ea haberi ferè in c. 1. & c. ad huc b. t. item diligenter ea recenseti à Butrio & Abb. ad cit. c. ad huc in princ. Revocari que posse ad duo principia capita, ut Fagn. incit. c. ad huc. n. 6. nempe ad ea, quae ei competunt tanquam principi Diaconorum Cathedralis, & ad ea, quae sunt simplicis jurisdictionis Episcopalis. illa enim competit ei ea ratione, qui caput Diaconorum est; haec verò ei tributa sunt à jure, ut Episcopus facilius vacare posset his, quae sunt Ordinis & authoritatis Episcopalis, à quibus Archidiaconus excluditur. Fagn. loc. cit. n. 7. Proinde exigua non est ejus potestas; Cum jurisdictionem habeat contentiosam, & in ea sit curia episcopalis socius & minister. Fagn. loc. cit. n. 23.

2. Resp. secundò in specie, ea ferè enumerati ab eodem Fagn. n. 24. nempe quod ad ejus potestatem spectet primò audire iuris singulorum, c. ad huc. b. t. Secundò instituere. c. si plebibus. dist. 3. Tertiò præcipere subjectis obsequia. c. ad huc. de excess prelat. Quartò imperare Diaconis ac Leuitis c. ad huc. b. t. Quintò examinare promovenados sacros Ordines & beneficia, eod. c. ad huc. Sexto qua corrigenda viderint corrigere & emendare. Septimo curam habere in urbe positorum, & parochias habitantium. v. i. b. t. Octavo visitare Diœcesis. Qua omnia, & si qua alia præterea ei competant, si Archidiaconus voluerit, pro ut tenetur sedulo adimplere, profecto, ut ait Fagn. loc. cit. n. 30. non supererit illi otium ad alieni munera negotia peragenda. De cetero, dum ex prædictis aliquia ex consuetudine in hac vel illa ecclesia ei non competenter, ab ea consuetudine non est recedendum; cum in prædictis magna sit vis consuetudinis. Fagn. cit. n. 30. Nunc de eorum singulis & aliis quibusdam accuratius. Unde sit

Questio 646. Qualia iuris audire, & quas causas cognoscere possit Archidiaconus?

1. Resp. primò. Dum dicitur de Archidiacono. c. ad huc. b. t. audire debet iuris singulis. P. Leuren. Tract. IV. De Archidiaconis.

lorum; intelligendum id est de iuris Clericorum humilibus, id est, minoribus; majora siquidem iuris, & ardua eorum negotia ad altiorē se, nempe Episcopum, referre debet. Fagn. loc. cit. c. citans Host. & Jo. And. Pirh. ad h. t. n. 6. similiter causas Clericorum civiles minoris momenti, vel etiam ubi civiliter agitur de criminis cognoscere potest. Fagn. Pirh. II. cit. citantes Innoc. in cit. c. ad huc in princ. Jo. And. ibidem n. 4. Causæ enim ejusmodi in prima instantia ad Archidiaconum sunt deferenda Pirh. loc. cit. à quo tamen etiam in his datur ab Episcopum vel ejus Vicarium Generalem appellatio juxta dicta superius. Causas vero civiles arduas cognoscere non potest. Pirh. loc. cit. Tusch. v. Archid. concil. 482. n. 9. juxta expressum textum c. ad huc. §. item in epistola.

2. Resp. secundò in specie. Primi causas criminales & matrimoniales cognoscere nequeunt Archidiaconi, uti nec Decani, aliqui inferiores Episcopo. Zerol. p. I. v. Archid. Pirh. cit. n. 5. juxta expressum textum Trident. sess. 24. c. 20. de Reform. ubi ait: Ad hanc causam matrimoniales & criminales non Decani, Archidiaconi aut aliorum inferiorum iudicio, etiam visitando, sed Episcopi tantum examini & jurisdictioni relinquuntur, etiam in praesenti inter Episcopum & Decanum seu Archidiaconum, aut alios inferiores super causarum illarum cognitione lis aliqua in quacunque instantia pendeat &c. Nil tamen obstat, quod minus Archidiaconi, aliqui inferiores Ordinarii dictas causas cognoscant, ubi sunt in immemoriali consuetudine seu possessione; utpote cui possessioni Concilium non derogavit, si hujusmodi quasi possessio tribus cofortibus, vel etiam per unam sententiam, quae transferit in iudicatum (hanc enim quod ad hoc punientum tribus equivalentem censuit S. Cong. 12. Febr. 1598. apud Gallemart. ad loc. cit. Trid.) probata fuerit. Pignat. Tom. 4. consult. 35. n. 24. & Tom. 10. conf. 67. n. 22. juxta ejusdem S. Cong. declarat. 22. Jan. 1598. apud eundem Gallemart. loc. cit. sic inquisitus: Censuit S. Congregat. Concilii, Decreto ejusdem Concil. c. 20. sess. 24. non esse sublatam immemoriam consuetudinem, secundum quam inferiores Episcopo cognoscant causas matrimoniales & criminales; idque si hujusmodi immemoriale consuetudinem tribus sententiis conformibus probarint, non esse impediendos eam exercere. Item juxta declarat. ejusdem S. Cong. apud eundem Gallem. de 28. Marti 1598. quae sic habet: Censuit Congregat., quando inferiores Ordinarii volunt procedere in criminalibus, si legitime constet de immemoriali quasi possessione Archipresbyteri in cognoscendi decidendiisque causis criminalibus suorum Clericorum, Decretum illud Concilii non derogare immemoriali quasi possessioni; unde in ea Archipresbyter conservandus est &c. Interim tamen, donec probetur immemorialis illa, cognitione causarum illarum ad Episcopum spectabit. Pignat. loc. cit. item Tom. 10. conf. 67. n. 22. juxta declarat. S. Cong. Concil. in Burgensi. & Salernit. & alibi, ut & apud Gallem. de 28. Marti. 1598. ut eriam Pignat. loc. cit. ait, declarasse S. Cong. in Messanensi, pendente iudicio inter Episcopum & Ordinarium inferiore defuper cognitione causarum matrimonialium, criminalium, legatorum ad pios usus & aliorum Episcopo reservatorum, Episcopus debeat in iis omnibus cognoscere. Sed neque decretem illud Tridentini extendit se ad illos, qui nullius Diœcesis sunt, sicut nec ad Decanum & Capitulum ab Ordinarii jurisdictione exemplios;